

*Q. D. B. V!*

EXPLORATIONEM  
SPIRITVS  
BRENDELIANI

QVA DOCTRINAM

DE

PRAECIPVIS  
THEOLOGIAE  
CAPITIBVS

AVSPICIIS

*SERENISSIMI PRINCIPIS ATQVE DOMINI*

DN. FRIDERICI AVGVSTI

ELECTORATVS SAXON. HEREDIS

ETC. ETC. ETC.

*PRAESIDE*

GOTTLIEB VVERNSDORFIO

SS. THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL. AEDIS OO.

SS. PRAEPOSITO ET SENATVS ECCLES. ASSESSORE

COLLEGIHQVE SVI H. T. DECANO

PRO LICENTIA

SVMOS IN THEOLOGIA HONORES CONSEQVENDI

*AD D. XII. OCTOBR. ANNI SECVLARIS c 17 17 CC XVII.*

EX IPSA DIVI LVThERI CATHEDRA

INSTITVET

M. JO. RVDOLPH. CADEMANNVS

ECCLESIAE PEGAVIENSIS PASTOR PRIMARIVS


HVJVSQVE ET VICINARVM SVPERINTENDENS.

*A. 234 (40) VITEMBERGAE, 3 STANNO GERDESIANO.*



Sächs.  
Landes-  
Bibl.





RENDELIO, Ecclesiae Thurnaviensis, in Franconia, Pastori, & vicinarum Ephoro, perbelle convenire cum Tremulis in doctrina de Principio cognoscendi Theologiam, peculiari, quae extat, dissertatione, ostendimus. Instituti nunc ratio requirit, ut, quam pulcre idem in Theologia ipsa, & omnibus prope doctrinae salutaris capitibus, cum iisdem consentiat, videamus.

DE

## DEO ET SS. TRINITATE.

§. I. QVAEKERI de DEO, ejusque natura, mussitant, nec certi quid habent, quod statuunt. BARCLAJVS a) ad quaestionem: *Quid sit DEVS?* respondet quidem: *Deus est Spiritus.* Mox vero interrogat: *Quaenam inter omnes benedictas, gloriosas, divinasque, perfectiones Dei, quae ei in Scriptura tribuuntur, est, quam notasse omnium maxime nostra refert, utpote quae se habet ut nuntium, ab Apostolis relictum, per quod nunc sub Evangelio Deus annunciari debebat?* Et respondet: *Haec est annunciatio, quam audivimus ab eo, & annunciamus vobis, quod Deus est lux, & tenebrae in eo non sunt ullae. 1. Jo. 1, 5.* Lumen ergo id ipsum est, quod Deum primario constituit, & Deus est ipsum lumen.

Consentit BRENDELIUS, qui & nihil crebrius, & studiosius, quam *lumen* in conscientia crepat, eoque nomine Deum ipsum, vel Dei certe, ut sic loquamur, *particulam*, insinuat. Si quaeras: quid Pater in Deo sit? Respondet: *Das ist*

A 2

das

a) in Catech. c. I.



das Gericht, das über die Welt kommt, daß Gott ein Licht ist. Si pergās quaerendo: quid Dei Filius sit? idem respondendo pergit: Und daß Christus, als das Licht, im Gewissen wohnet, als in seinem Tempel, und in demselben scheint, die Finsterniß Licht zu machen. b) Si denique nosse velis: quid sit Spiritus Sanctus? respondebit: Es ist das Licht, so uns Gott gegeben hat, zu unserer Erleuchtung: das Licht der Überzeugung, und Bestrafung. c)

Dissentit vero Scriptura, quae Deum quidem lumen, at non quale BRENDÉLIUS, & QUAKERI, somniant, ostendit. Hoc enim est spiritus hominis, corpori, animaeque, contradistinctus, Christus in nobis, lex naturae, verbum insitum, & conscientia ipsa. Hanc autem reputare pro aeterno, & glorioso Deo, id revera est, DEUM in accidens aliquod, & qualitatem, vel etiam creaturam, mutare, quod est impium, & blasphemum.

§. II. QUAKERI plerique omnes Sabellianismo laborant, quando & nomen personae studiose refugiunt, & ipsas in Deitate personas, foedissime confundunt. Hinc nonnemo in SHEVVENII librum, de veri Christiani fide, & experientia, praefatus, scribit: Christus, das Wort, das Licht, der Geist, das Leben, die VVarbeit, der Saame, die Tbüre, der VVeg, die Krafft, &c. ist dem VVesen nach ein Ding. &c. CATON d) carpit dogma: quod solus Dei filius homo sit factus: QUAKERI vero Hamburgenses: etiam Patrem, & Spiritum S. passos esse, dicebant.

Consentit BRENDÉLIUS, quando nunc Patrem cum Filio, nunc Filium cum Spiritu S. confundit. Illum quidem, quando Patrem semel, iterumque, in carne apparuisse, scribit:

b) Vid. Post. p. 271. c) p. 258. coll. p. 639. 640. d) in antiqua veritate p. 26. 27.



bit: *Der Vater, inquit, als der unsichtbare Gott, hat sich deswegen in Christo offenbahret, vveil die Menschen etwas sichtbares haben wolten.* e) *Der Vater ist in mir, als der unsichtbare Gott, doch hat er sich durch mich offenbahret im Fleische.* f) *Filium autem, cum Spiritu confundit, quando Verbum, (substantiale nimirum) & Spiritum S. pro synonymis habet, & dicit: Der Mensch spricht ihm selbst sowohl äußerlich das Gerichte, als auch innerlich, durch den ewigen Geist, oder, das ewige Wort, welches er innwendig in sich, nur zu seinem Nachtheil hat, und empfähet &c.*

Dissentit vero Scriptura, quae, utut non ἄλλο, καὶ ἄλλο, feu aliud, atque aliud, tamen ἄλλον, καὶ ἄλλον, feu alium, atque alium, nobis ostendit in Deo. Jo. XIV, 16. Quisquis hac de re dubitat, is abeat ad Jordanem, quo videat tres a se invicem realiter distinctos. Adest enim Deus, habens Filium, qui est Pater: adest Filius, adest Spiritus Sanctus. Ille apparet sub clamore: Filius sub carne: Spiritus S. sub columbino corpore. Pater clamat: Filius orat, Luc. III, 29. Spiritus S. descendit. Pater Filium ad verbi ministerium mittit: Filius ministerium adit: Spiritus S. aditurum ungit. Jo. III, 36. Qui vero nominibus, symbolis, operibus, beneficiis denique personalibus distinguntur, hos ipsos etiam reapse, ac personaliter, distinctos, nec temere confundendos, esse, oportet. Adde Matth. XXVIII, 18. Gal. IV, 6. 1. Jo. V, 7.

§. III. QVAKERI lumen, spiritumque suum, DEVM ipsum, vel Dei certe particulam, esse, somniant. GEORGE FOX, junior, scribere non dubitat: *Lumen nostrum est aeternus,*

A 3

ternus,

e) in Post. p. 608. f) l. c. p. 609.



*ternus, vidusque, Deus, & Rex Sanctorum.* g) GUILIELMVS PEN vero lumen hoc divinae naturae esse pronuntiat, h)

Consentit BRENDÉLIUS, qui lumen suum vocat: *Den Heyland, das Licht, und Leben, den Gott, in dem wir leben, vveben, und sind, den man in sich suchen müste.* i) Alio loco scribit: *Dieser eigene Menschen-Geist, so ihn innerlich straffet, (hoc ipsum vero esse lumen Quakerianum, suo loco vidimus,) der hat mit dem Geiste Gottes einerley VVesen, und ist ihm veruvand, so, daß der Geist Gottes ausser uns, eben der Geist ist, der in uns ist, und der Geist, der in uns ist, eben der ist, der ausser uns ist.* k) Et aliquanto post: *Der Geist Gottes, der in uns ist, der vvirld vereiniget vwerden mit dem Geiste Gottes ausser uns.* l)

Dissentit autem Scriptura. Etsi enim Deum, lucem esse dicat, 1. Jo. I, 5. quia nempe omnis erroris, & ignorantiae expers, per verbum illuminat homines; tamen h. l. non quaeritur: an Deus, ea, quam tradidimus, notione, vocetur lumen: sed an lumen Quakerianum divinae naturae sit, ac verus Deus: sigillatim, an sit Christus in nobis, vel Spiritus Sanctus? Quod ἀποτόμως negamus. Christus enim Θεός ὁ ἀληθινός 1. Jo. V, 20. genitus est a Patre ab aeterno, natus ex Virgine Maria in tempore, est conversatus cum hominibus in terra, passus, mortuusque pro nobis, euectus in coelos, jam sedet ad dextram Patris, rediturus aliquando, ad iudicandum vivos & mortuos: Spiritus etiam Sanctus a Patre ac Filio ab aeterno procedit, super hunc

g) Vid. Liber: *Von dem ewvigen, und vvarbafftigen Licht, vvelches der ewvige, und lebendige Gott ist.* h) Vid. Petri Henrici *Vertheid. des vvarbafften Lichts.* i) in Post. p. 45. k) p. 641. l) p. 650.



hunc ad Jordanem, sub corpore columbino, descendit, super Apostolis, sub imagine igniculorum confedit. Quorum nihil dici de lumine QVAKERORVM interno potest. Falsum est igitur, idem illud, DEI Filium, Deique Spiritum esse. Plura ceteroqui argumenta videsis apud B. SCHELGVVIGIVM P. I. *Quak. Conf.* p. 120,

§. IV. Nihilominus eundem hunc Spiritum, omnibus creaturis communem, per easque disseminatum, non sine blasphemia docent. BOVRRVGH sane, famosus quidam fanaticus m) procul ambagibus scribit: Deum esse naturam omnium rerum, vel, *Gott sey das VVesen von allen Dingen.*

Quod utut blasphemie & atrociter dictum sit, consentit nihilominus BRENDELIVS, idque non solum de Deo simpliciter, sed & singulis in eo personis, praedicat. Aliquando igitur generatim loquitur vom zerstreueten Licht in allen Creaturen. n) Et alio loco scribit: *Das Licht sey Gott, in dem vvir leben, vveben und seynd.* o) *MOX de Filio speciatim dicit: Er sey das Licht, so in allen Creaturen verschlossen, und stecke in dem inwendigsten, er sey das Licht der VVelt, durch den alle Dinge sind, Ebr. II, 20.* p) Denique & ad Spiritum Sanctum refert, quum scribit: *Der Geist, der vom Vater ausgehet, Jo. XV, 16. der Gott selber ist, theilet sich allen seinen Creaturen mit, denn so viel andere Geister Gutes haben, so viel haben sie Gott, nemlich in der Vereinigung: Dieser ist zwar ein einiger Geist, doch ist er auch ein allgemeiner Geist, der sich allen Creaturen mittheilet, denn der unvergängliche Geist Gottes* ist in

m) In vexillo c. I. p. 4. n) in Post. p. 501. o) in Post. Dom. II. Adv. p. 45. p) l. c. p. 560.



ist in allen, Sap. VII, 1. q) Quod placitum, uti Pythagoricam illam, & Cabbalisticam, de Spiritu mundi, opinionem sapit; ita simul tam horribili, detestabilique, Deismo & Naturalismo, aditum aperit, ut pejorem nec veteres illos Paganos, nec e recentioribus SPINOZAM, fovisse, crediderim. Creator enim cum creatura, usque adeo infeliciter, ac impie, miscetur, ut haec se habeat instar integumentum ac corporis, ille, instar animae ac spiritus. Prorsus ad veterum Platoniorum, & Stoicorum, mentem, quibus & lapides, sidera, metalla, fluvii, animantia, & totus denique mundus, animans dicebatur, quia cuilibet materiae, quandam, spiritus mundi, particulam inclusam esse, putabant, vel etiam SPINOZAE, cui Deus & natura sunt unum & idem. Lux enim, Spiritus, Christus internus, omnibus vel hominibus vel creaturis, juxta BRENDELIVM, per modum partis insunt: & tamen qua essentiam sunt Deus, & aliquid DEI: Natura igitur est Deus, & Deus est natura.

§. V. Fallor? aut hoc ipsum redolet, quod DEI lumen in sole resplendescere, imo Deum lumen suum cum sole communicare, putat. *Es haben, inquit, allbereit die alten Philosophi, Empedocles, und Philolaus, vvelche Schüler des Pythagorae gevvesen, eine doppelte Sonne statuiret, nemlich eine unsichtbare, und sichtbare Sonne. Fene die unsichtbare ist ewvig, und resplendesciret in der erschaffenen sichtbaren Sonne: Diese, die sichtbare ist zeitlich, und empfähet ihren Glanz und Licht von der unsichtbaren Sonne: Zur Zeit der letzten Zukunfft Christi aber, vvird die Sonne ihren Schein verliehren, vveil die Sonne der Gerechtigkeit den mitgetheilten Glanz aus der äußern Natur zurücke nehmen, und seinen Gläubigen geben vvird, oder seine Resplendescenz vvird*

q) p. 640.



vvirid nicht mebr in der Sonne, sondern in seinen Gläubigen  
 zu seben seyn, vvelche leuchten vverden, vwie des Himmels  
 Glanz &c. Cum enim hujusmodi communicatio *identitatem*  
 rei communicatae involvat, splendor autem Dei procul dubio  
 sit infinitus, qui poterit vel cum sole, vel cum credentibus,  
 vel cum creaturis, citra personalem unionem, temere com-  
 municari? nisi eaedem de ipsa Deitate participant, & fiant  
 suo modo DEVS. Uti vero hi ipsi, qui Creatorem cum  
 creatura confundunt, creaturamque pro Deo habent, meri-  
 to quodam suo in atheorum, & profanorum, hominum,  
 gregem, ac censum, rejiciuntur; sic in eundem BRENDE-  
 LIVS, citra omnem injuriam, referendus mihi esse videtur.  
 Praeterquam enim quod DEVM, Deique Spiritum, creatu-  
 ris inesse somniat, etiam Christum, Servatorem nostrum,  
 eundem esse, statuit, cum stimulo charitatis, & peculiari ad  
 honestatem instinctu, quem saniores pagani intra sese expe-  
 riantur, ita, ut *Christianorum Servator, & non-Christianorum*  
*ad charitatem, & honestatem instinctus*, non re, sed no-  
 minibus, differant. Cum vero idem hic ad virtutem, &  
 charitatem, instinctus, non sit *substantia*, sed purum pu-  
 tum *accidens*, quilibet aequus rerum arbiter judicet, annon  
 hoc pacto Christus, *Dei Filius*, generis humani assertor, ac  
 vindex, transformetur in *accidens*, omnisque per illum par-  
 ta salus, in fabulam, & somnium, quum accidens nec na-  
 sci, nec pati, nec mori, nec resurgere, proprie dici possit.  
 Quod ipsum arguit, BRENDELIVM intus, & in cute, *athe-*  
*um, & empaectam* esse, qui ipse non credat, quae aliis pro  
 suggestu credenda propinet, sed potius sacra omnia, & my-  
 steria, intra se ipsum rideat, iisdemque non alia de causa pu-  
 blice perfungatur, quam quia suam ex illis utilitatem capere  
 potest. Cui quidem demonstrando, & illud adjecerim, quod  
 B DEVM

B

DEVM



DEVM his ipsis in Postillis vocat, *das ewzige Nichts.* \*) Utut enim eundem substantiam quandam, *ein VVesen*, esse, in continenti subjiciat, hoc tamen suspectum merito suo virum non magis juvare potest, quam vel *Hippocratem*, vel *Epicurum*, vel *Spinozam*, vel *J. C. Vaninum*, vel alios, quod aliquando de DEO, rebusque divinis, satis magnifice loquuntur.

§. VI. Quod sigillatim ad CHRISTVM, Dei Filium, spectat, *duplicem* imprimis *QUAKERI* somniant, *externum* alterum, alterum *internum*, illum *pro nobis* natum, passum, mortuum: hunc *in nobis* inhabitantem, quem & *verbum insitum*, *lumen innatum*, *Spiritum*, *Dei Filium* &c. nominare consueverunt. Ac de priore quidem illo usque adeo parce, ac tenuiter, addo & jejune, ac frigide, docent, ut a doctrina de illius persona, officio, statibus, studio abstinere videantur.

Quapropter, aliqui saltem, *TREMVLII* *externam*, & *historicam*, Christi notitiam non esse necessariam, judicant. *BARCLAJVS*, Princeps eorum, r) *operationibus*, inquit, *ejus* (nempe Christi, ac luminis interni,) *pleriquè fuere salvati*, & *quidam nunc possunt salvari*, quibus *Evangelium externum nunquam praedicatum est*, & *historiae Christi prorsus ignari sunt*. *CATON* autem procul ambagibus scribit: *Es ist nichts daran gelegen, so es dem HErrn nicht gefallen hätte, die Erkänntniß zu offenbahren.* s)

Adstipulatur *BRENDELIVS* in *Postillis*, in quibus thema hoc ex instituto tractat: *Die vvahre VVeißheit sey aller Orten zu finden, vvenn man sie nur suchen vvolve, - - vv Weil jedermann zur selben kommen könne, der die natürlicben Mittel, die ihm verliehen, beobachte.* &c. t) Rejicit idem  
die

\*) p. 408. r) In Apol. ad ff. 5. & 6. n. 24. sq. p. 107. sq. s) In allocut. ad Christ. Pauli p. 25. t) p. 186. 187.



die Religions-Singularitaet, da man sich in seiner Religion etwas besonders, oder mehrers, einbildet, als andere Leute, und denckt, man sey deswegen besser, vveil man bessere Lehren höret, oder vveiß. - - Es ist Jesu der danckbare Samariter tausendmahl lieber, als der undanckbare Jud, und der fromme Heyd gefällt ihm besser, als der getauffte gottlose Christ. Es hat auch unser Heyland denen frommen Heyden (atqui hi sunt sine Christo, Eph. IV. 12.) zum öfftern vielmehr Seeligkeit zugesprochen, als denen Religions-Trotzern. &c. Denique in putido libello: Freygestellte VVarbeits-Gründe, necessitatem externae Christi notitiae simpliciter negavit.

Scriptura vero his furoribus reclamatur, & docet, quod in scientia sua justificabit justus Dei servus multos, *Jes. LIII. 12.* Haec enim est vita aeterna, ut cognoscant Te solum verum Deum, & quem misisti Filium, Jesum Christum, Servator ipse ait *Jo. XVII, 3.* Quisquis invocaverit nomen Domini, salvus erit. Quomodo autem invocabunt eum, in quem non crediderunt? Quomodo credent ei, de quo non audiverunt? Quomodo audient, absque praedicante? *Rom. X, 13.* Quibus in verbis pro absurdo habet Apostolus, sine praeconio, & auditu verbi, & ex utroque derivanda notitia Jesu Christi, salvari. Compara *Jer. IX, 23.* & *1. Cor. I, 31.* & B. SCHELVIG. P. I. Art. IV. p. 388.

§. VII. At QVAKERI e contrario in laudando, tradendo, explicando, Christo in nobis, studiose, ac sollicitè, occupantur. Ipse BARCLAJVS, postquam hunc Christum semel, iterumque, descripserat: Hic est, inquit, ille Christus internus, de quo nos tantum, & tam saepe, loqui, & declarare, audimus, ubique praedicantes illum, & omnes hortantes, ut in lumen credant, illique obediant. u) Et iterum:

B 2

Saepe

u) Vid. Apol. θ. V. & VI. n. 13. p. 83.



*Saepe audimur in publicis conventibus, & concionibus, exhortantes unumquemque, ut Christum in se noscat. &c.*

Imitatur hunc morem BRENDELIVS, & quo parcius, ac tenuius de CHRISTO *pro nobis* concepto, nato, mortuo; hoc diligentius, crebrius, & splendidius, de *Christo in nobis* exponit, ita, ut unum hoc *Quakerorum* mysterium omnes prope Postillorum ejus paginas implere videatur.

Alia Prophetis mens, alius Apostolis mos fuit, qui Christum quidem unum omnium maxime in scriptis, sermonibusque suis inserunt: at non Christum illum fanaticum *in nobis*, sed Christum *pro nobis* natum, crucifixum, mortuum, ac sepultum. De hoc Jesu testantur omnes Prophetae, *Act. X, 42.* nec Paulus quidquam sibi videbatur nosse, praeterquam Christum, καὶ τὸν ἐσαυρωμένον. *1. Cor. I, 16.* Aut igitur ostendant *Fanatici*, Christum suum internum esse natum, crucifixum, & resuscitatum pro nobis, quod quidem ad Calendas Graecas futurum est, vel Christum suum *in nobis*, a Christo vero, *pro nobis* nato, passo, ac mortuo, multum differre, agnoscant ipsi, ac fateantur.

§. VIII. QUAKERI hunc Christum *sempiternum Evangelium*, verbum prope omnes, lumen in omnibus, nominabant: Hinc ANONYMVS x) scribit: *Lumen hoc in cor cujuslibet hominis collocatum, non vero creatum est.* Et BARCLAJVS y): *Deus nos emisit, ut sempiternum hoc Evangelium multis annuntiemus, Christum prope omnes, lumen in omnibus, semen in cordibus omnium seminatum, ut homines animos suos ad hoc applicent.*

Iisdem titulis suum insignit Christum BRENDELIVS: *Ist dieses centrum gefunden, und das Geheimniss des Evangelii*

x) In Obs. suis ad Philosophum n. 5. p. 9. y) θ. V. & VI. n. 24. p. 110.



gellii ist in euch offenbahr, so hats keine Noth. z) Item: VVer im gegenwärtigen Leben das vvahre VVort ergreiff, und JESUM in seinem Hertzen findet, der vvird gewviss vweiter bineingezogen vwerden. a) Clarius autem alio loco, quo scribit: Er ist das Licht der VVelt, der bey uns, und in uns ist, alle Tage, den man so nahe haben kan, daß man nicht vor die Thüre hinausgeben darff. Denn das VVort, das lebendige VVort, ist dir nahe in deinem Munde, und in deinem Hertzen. Rom. X, 8. b) Quo eodem oraculo BARCLAJVS etiam, & reliqua Tremulorum turba, in propinando errore, perpetuo abuti solent.

At Scriptura per *verbum*, nobis propinquum, non lumen internum, aut *Christum* Fanaticorum in nobis, sed ipsummet Evangelium, ab Apostolis quidem praedicatum, at auribus hominum exceptum, memoria custoditum, in pectore defixum, intelligit, quod toto e contextu, Rom. X, 6. 7. 8. 9. patet. Evangelium igitur de *Christo*, cum *Christo* ipso absurde confunditur: nec ullibi, in tota Scriptura, *Christus*, Servator noster, *lumen in nobis*, vocatur, aut cordibus nostris *innatus* esse, dicitur.

§. IX. BARCLAJVS, ubi de lumine interno, quod gentiles laudarunt, agit: *Frequenter*, inquit, *sapientiam* vocabant, nomen, *Christo* saepe in Scriptura datum, Prov. I, 20. & VIII, 9. 34. ubi *sapientia* vocat, & invitat, omnes. - - At quid est haec *sapientia*, nisi *Christus*? c)

Succurrit Barclajo BRENDLIVS, & scribit: *Christus* in uns ist eben die verborgene heimliche VVeifsheit, darauf die Alten so viel gehalten, und darnach sie gestrebet haben. - - Denn sie vvar eben das VVort, das im Anfang vvar, die

B 3

selbstän-

z) p. 564. a) p. 682. b) p. 732. c) l. c. n. 27. p. 118.



*selbständige VVeisheit, die redend eingeführet vVird. Prov. VIII, 30. d)*

Hoc vero negat Scriptura, quae sapientiam illam *Prov. VIII. filium* quidem *Dei* esse, insinuat, a Christo autem Fanaticorum interno longissime distingvit. Ea quippe est sapientia, quam Pater *generando* (haec enim vocis Ebr. כנה vis est, conf. *Gen. IV, 4.*) ab aeterno, & initio viarum suarum possedit. Quod ipsum cum de Christo *in nobis*, & lumine interno Fanaticorum, quippe quod aliquando *Spiritus Dei* ab iis vocatur, & ante homines, in tempore creatos, extare non potuit, nequeat praedicari, sequitur, eo in loco per sapientiam banc ipsum Christum internum intelligi nulla ratione posse.

§. X. QVAKERI Christum suum in fundo animae, & interiore conscientia, praesentissimum esse, ajunt, eaque de causa, DEUM extra se quaerendum esse, negant. Hinc BARCLAJVS e): *Illud lumen est, inquit, Dei vehiculum, in quo Deus, & Christus, semper habitant, & a quo separari nequeunt, & quod, prout locum in corde obtinet, cumque illo conjungitur, Christus formatur, & oritur.* Hac ipsa de causa QVAKERI subinde hortantur suos, ut animum ab externis omnibus, etiam Scriptura, & Sacramentis, advocatum, introrsum vertant, Deique voces ibidem audiant. f) Saepe, idem BARCLAJVS inquit: g) *in publicis conventibus exhortamur unumquemque, ut Christum in se noscant, & ad illum veniant, qui in ipsis est.*

Consentit BRENDELIUS, dicendo: *Gott ist ein Licht, und Christus, als das Licht, vVohnet im Gevvissen, als in seinem*

d) p. 707. e) *θ. V. & VI. n. 15. p. 86.* f) loca videfis ap. Schelgvvigium in *Quakl Conf. P. I. p. 29.* g) *θ. V. & VI. n. 15. p. 86.*



seinem Tempel, und scheineth in demselben, die Finsterniß Licht zu machen. h) Item: Christus, als das centrum animae, oder Mittel-Punct unserer Seelen, giebt sich uns, als ein Licht, zu erkennen, und offenbaret sich, als ein Licht der Wahrheit, im Gewissen, daß es zuerst die Sünde bestraffet. i) Unde adeo, eundem foris quaerendum esse, negat: Dahin zieleth das Verlangen aller Gläubigen, daß sie Gott in sich finden mögen. Sie suchen ihn nicht außer sich, denn der in der Höhe, und im Heiligtum wohnet, der wohnet auch bey denen, die zerknirschten Hertzens sind. k)

Dissentit vero Scriptura, quae Deum per gratiam quidem in nobis inhabitare, docet, per naturam in nobis inesse, vel etiam connasci nobis, non docet. Natura quippe sumus in Deo: sed Deus non est in nobis. Fide opus est, ut Deus adveniat, & cor nostrum inhabitet: Natura nobis non inest: Nam sumus filii irae. In fabulas ergo, & somnia, ea omnia abeunt, quae modocunque de lumine insito, & Christo interno, Deoque nobis connato, QVAKERI, & BRENDELIVS, nugantur. Frustra quaesieris in te, quod minime adest.

§. XI. QVAKERI plerique actus Christi mediatorios, nativitatem, passionem, mortem, resurrectionem, ascensionem, &c. de quibus Scriptura exponit, mystice, &, ut ipsi loquuntur, spiritualiter, quam secundum literam, intelligere malunt. Ita enim C. A. Quakerus, in literis, ad D. Pauli l) scriptis: Quakeri credunt, quod Jesus Christus in carnem venerit, non solum in Maria, sed etiam spirituali modo in fidelibus. AVCTOR speculi cordis: m) Gott wird in der Seele geboren, und würcket eine neue Creatur durch den Heil. Geist. & p. 15. Gott wird allezeit geboren im innersten Grund

h) In Post. p. 271. i) p. 564. k) l. c. p. 43. l) d. 28. Nov. A. 1676. m) p. 152.



*Grund der Seelen. &c.* LAVVSON n) *Amesii sententiam probat, daß Christus das Werck des Teufels zerstöre, und der Mittler unserer Seeligkeit sey, - - gleichvohl, daß dieses nicht anders von ihm verrichtet vird, als inwendig in dem Gemütbe des Menschen.*

Consentit BRENDELIVS, cum ait: *Die Gläubigen sind durch diese JESUS-Empfängniß seines Fleisches und Blutes theilhaftig worden, gleichvohl er unsers Fleisches und Blutes theilhaftig worden ist.* o) Et alio loco: *Wenn der Seelen Geist sich erhebet, und das Fleisch unterdrücket, mit seinen irrdischen Lüsten, so fähret alsdenn CHRISTUS in uns auf, und vvir vverden mit ihm erhöbet.* p) Et denuo: *Es geschicht auch solche genaue Vereinigung zwischen CHRISTO, und seinen Gläubigen, daß Christus in uns, und vvir mit Christo gen Himmel fahren.* q)

Nihil vero de illa Christi spirituali incarnatione, vel ascensione, Scriptura. Utut enim Christum *in nobis formari doceat, Gal. IV, 8.* id tamen non de spirituali incarnatione, sed *pristinæ fidei*, quippe quam Galatae amiserant, *recuperatione*, juxta Lutherum, accipi debet. Tum enim Christus *in nobis formari* dicitur, quando & *veritatem* ejus in doctrina, recte credendo, & *sanctitatem* in vita, pie agendo, exprimimus, quod utrumque Galatae, fraudibus Pseudo-Apostolorum seducti, amiserant. Equidem τῆς Θείας Φύσεως a Petro participes fieri dicimur, 2. Ep. I, 4. At non per corporis & sanguinis Christi *in nobis conceptionem*, ut fanaticè loquitur BRENDELIVS, sed mysticam totius divinitatis in nobis per fidem *inhabitationem*, juxta Job. XIV, 23. Quod enim nos cum Christo *resurgere, & ascendere* debeamus, id legitur

n) contra Zentgraf. p. 26. o) in Post. p. 423. p) in Post. p. 632. q) l. c p. 772.



legitur *Eph. II, 6.* Quod autem *Christus in nobis resurgere, & ascendere*, debeat, id nullibi legitur. Novae igitur hujusmodi formulae sunt fanaticae, quibus id dat operam *Cacodaemon*, ut omnes actus Christi externi mediatorios, sive ad exinanitionem, sive ad exaltationem referendi sint, vel evacuet, ac enervet, vel omnia in commenta, & fabulas, transmutet.

§. XII. *QVAKERI*, ad unum omnes, *Chiliasmum*, seu novum quoddam, externumque, regnum, a Christo in terris condendum, somniant, utut, quod recte monet *SHELGVVIGIVS*, in describendo illius statu, & modis ejus condendi, non eandem omnes sententiam tueantur. *INDEPENDENTES* in Anglia initium ejus expectabant jam anno seculi superioris quinquagesimo. *COTTON*, & alii, conventu habito, totam Apocalypsin examinabant, collatisque omnibus Scripturis, aureum illud seculum in propinquo esse, putabant. Vid. *G. HORN. in Hist. Eccles. cum not. Leydeck. ed. p. 492. seq.* Addantur *BOVRRVGH*, *PENNINGHON*, *CATON*, *RIGGE*, *CRISPVS*, *FVRLY*, *HOVVGIL*, sexcenti alii, a *SHELGVVIGIO* citati. r)

Consentit *BRENDELIVS*, eundemque illum *Chiliasmum* *svavi novae oeconomiae* titulo involvit, ne dispareat. Hinc per messem *Matth. XIII, 29. 30.* collato *Cap. XIV. Apoc. c. 15.* non intelligit consummationem seculi, vel interitum hujus mundi, sed judicia quaedam, generi humano a Deo immitenda, quibus simul meliora quaedam tempora piis, sanctisque, sint procuranda. *Da soll, inquit, die Absonderung geschehen zur Zeit der Erndte, vvenn nehmlich GOTT mit seinem Gericht hereinbrechen v wird. Wenn die Engel Gottes die Erndte über die Welt fübren, und mit Schvverd, Hunger,*  
C und

r) l. c. P. I, Art. IV. p. 378. sq. 380. sq.



und Pestilenz, als Schnitter, das Unkraut in Secten-Bündlein vverden zusammen binden, und verbrennen, - - vvenn das Unkraut ausgerottet, angezündet, und verbrannt, und die Tenne gefeget ist: da vvirde der reine Weitzen in der Scheuren aufbehalten vverden, zu einer neuen Oeconomie, und Besaamung des Feldes. s) Et mox: Es bleibt vveder der Fromme, noch der Gottlose, an seinem Ort, sondern man muß dem Göttlichen Gerichte vveichen. Nur ist der Unterscheid, daß die Gottlosen unkommen zum Verderben; die Frommen aber in die Schaar Gottes, in das ewige Leben, durch einen seeligen Tod gerücket, oder aber von dem Secten-Bündlein des Unkrauts abgesondert, durch seine vvunderbare Vorsorge aufbehalten vverden, daß sie, als ein reiner Saame, in seiner neuen Oeconomie, zu neuer Bestellung des Feldes übrig sind. t)

Quo ipso, sua pro impudentia, Sanctissimo Servatori, ipsique adeo veritati, in faciem contradicit, quippe qui sua in glossa, qua hanc ipsam parabolam, in gratiam discipulorum, v. 36. 37. 38. 39. sq. declarat, bonos a malis separandos esse, pronuntiat, non, ut Deo in nova quadam Oeconomia, quippe quam Scriptura, condito jam novo foedere, & Evangelio per totum terrarum orbem annuntiato, penitus ignoscat, inserviant, sed, ut solis instar, in regno Patris sui luceant, v. 43. Per messem vero, non immissione[m] judiciorum divinorum, aut spem meliorum temporum, vel novae cujusdam οἰκονομίας initia, sed finem mundi, intelligendum esse, c. 39. conceptis verbis docet. Usque adeo fanaticus impostor etiam ipsius Servatoris interpretationem, & glossam, sollicitat, & corrumpit. Chiliasmum ceteroqui, ut errorem, pridem ab universa Ecclesia, qua meliorum est partium, exploratum,

s) Vid. Post. Dom. V. post Epiph. p. 285. t) p. 287.



plosum, sistunt B. BAYERVS, & B. PFEIFFERVS, quibus addi meretur B. NEVMANNVS, in nervolis de Chiliafmo subtilissimo Disputationibus, aliique.

## DE CREATIONE.

§. I. QVAKERI statuunt, dari *Spiritum mundi*, quæ omnibus rebus insit, imo sit essentia omnium rerum, & tamen Deus ipse. Ita BOVRRUGH: u) *Der vvabrhaftige Gott ist ein Geist, und unendlich, der Schöpfer von allen Dingen, das Leben, und das Wesen von allen Dingen.*

Horribile vero dictu, quid, quantumque, de hoc *mundi Spiritu* deliret BRENDELIVS. *Dieser Geist, inquit, theilet sich mit allen seinen Creaturen, denn so viel derer Geister Guts haben, so viel haben sie Gott. - - Et mox: Dieser einige Geist ist auch ein allgemeiner Geist, der sich allen Creaturen mittheilet: Denn der unvergängliche Geist ist in allen. Sap. XII, 1. Und so dann die Erde voll ist des Geistes des HERRN, Sap. 1, 7. vvarum sollte denn die kleine Welt, der Mensch, nichts von diesem Geiste haben?*

Nimirum, quicquid in creaturis bonum est, id omne, pro BRENDELII opinione, est *Deus*, scilicet *in unione spectatus*. Quantum enim *boni* concreati habent, tantum habent DEI. Cum autem omnia, quæ creavit Deus, valde sint bona, *Gen. 1, 17.* sequitur, quod omnes creaturæ habeant valde multa de Deo, quod revera est, Creatorem cum creaturis confundere, imo Deum particulatim dividere. Quem absurdum, ac detestabilem, errorem, utut *ὁ δεινὸν* in *Introd. ad H. Ebr. p. 262.* pro characterem illorum, qui Mosaicam Philosophiam puriorem amplectuntur, venditet, omnino tamen, ratione originis, ex ipso Paganismo derivandum esse, putamus. Deum enim esse *animam mundi*, & ipsum

C 2

mundum

u) in Vexillo c. I. p. 4.



*mundum esse Deum*, crediderunt *Pythagorici, Stoici, & Platonici, Varro item, & alii.* De quibus vid. *EPIPHAN. haer. V. & AUGUSTIN. de Civ. Dei L. VII. c. 6. p. 630.* Nos autem eundem *Paganis, & paganizanti BRENDELIO*, relinquimus, &, praeeunte Scriptura, quendam dari *spiritum, vel animam mundi*, simpliciter negamus. Quod ad duo e *libro sapientiae* petita loca spectat, monemus, suspectam esse probationem, quod, nisi ex apocrypho, & Cabbalistarum vestigiis impresso, libro depromi non potuit. Tum vero uterque locus non animae, vel spiritus mundi, existentiam, sed Spiritus Dei substantialem penes creaturas praesentiam, praesentisque in easdem influxum, & efficaciam, docet. Spiritus enim Dei in omnibus inest, non partem omnium constituendo, sed virtute sua in omnia influendo, eorumque essentiam sustentando, fovendo, ac gubernando.

## DE HOMINE.

§. I. *QUAKERI* tres homini partes essentialis tribuunt, *corpus, animam, ac spiritum.* *AVCTOR speculi cordis* totidem numerat, x) & scribit: *Deinen Leib untervvirff der Seelen; die Seele untergieb dem Geiste, den Geist aber versencke gantz in GOTT, als in dem unergründlichen Meere, von vvelchem er ausgeflossen. y)*

Consentit *BRENDELIVS* his verbis: *Der Mensch ist ein Tempel Gottes, von drey Naturen, nach Leib, Seel, und Geist, - - - fleischlich, geistlich, Göttlich. &c. z)* Et alio loco: *Die Heil. Schrift zeigt aufs deutlichste, daß dieser Göttliche Geist in dem Menschen von der Seele unterschieden sey, vveil Paulus Geist, Seel, und Leib, von einander ausdrücklich unterscheidet. i. Theff. V, 23. Ebr. IV, 12. a)* Eadem alio loco repe-

x) p. 17. 117. y) p. 239. z) in *Post. Dom. Palm. p. 484.*

a) *Dom. Palm. p. 484.*



co repetit: b) Es vird hoffentlich bey so bellem Lichte, von verständigen Menschen, die nur ein vvenig auf sich Achtung geben, nicht mehr vviedersprochen vverden, daß der Mensch aus drey vvesentlichen Stücken bestehe, und, als die kleine Welt etvvas irrdisches, himmlisches, und Göttliches, in sich habe. Wie nun ein iedes sein Leben hat; also muß auch ein iedes seine Sprache haben. &c.

Reclamat vero errori periculosisimo, eidemque Pelagianismi, Synergismi, Indifferentismi, Perfectismi, Origenismi, totius denique Fanaticismi, infelicissimo parenti, Scriptura, hominique, & qua primam creationem, & qua creati in partes resolutionem, & resolutarum redunitationem, & redunitarum aeternam vel glorificationem, vel damnationem, non nisi duas partes assignat. Neque vero obstat pervulgatum illud 1. Thess. V, 13. siquidem Paulus per Spiritum ibidem non intelligit peculiarem hominis partem, corpori, animaeque, contradistinctum; sed hominem renatum, & beneficio regenerationis correctum, qui opponitur Carni. Hunc primo nominat totum, postea distribuit in partes, quo doceat, Spiritum, seu vires, in regeneratione acceptas, & animam, & corpus, afficere, utrique vero easdem illas vires integras, & illibatas, sese apprecari, ut nihil emendationis, & gratiae, vel animae, vel corpori, decedat. Sic Ebr. IV, 12. non loquitur de divisione quadam animae, & spiritus, physica, vel naturali, sed morali, siquidem ea Verbi Dei est efficacia, ut quid mera sit anima hominis, quid spiritus, quid valeat anima sibi relicta, quid valeat, viribus spiritualibus in regeneratione ornata, accurate ostendat. Conf. Disp. PRAESIDIS de primo primi hom. statu. §. I.

§. II. QVAKERI animam hominis pro quadam Spiritus Dei, vel divinae essentiae, particula habent. Quod utut

C 3

negare

b) in L. vom Gewissen. p. 13.



negare aulit PHILALETES c) satis tamen clara sunt verba speculi cordis: Gott hat sich dem ersten Menschen selbst durch die Nase, als die ewige lebendige Seele eingeblasen. d) Et alibi: Der Geist des Menschen ist von Gott ausgestossen. e)

Consentit BRENDELIUS, cum ait: Dieser einige Menschen-Geist der hat mit dem Geiste Gottes NB. einerley Wesen, und ist ihm verwand, also, daß der Geist Gottes aufer uns, eben der Geist ist, der in uns ist, und der Geist, der in uns ist, eben der Geist ist, der aufer uns ist, so, daß kein Unterscheid ist, in Ansehung dieses Geistes, zwischen den Gläubigen, und Ungläubigen. &c. f) Et alio loco: Ein ieder Mensch hat vvarbafftig vvas Göttliches in sich, vvenn ers gleich nicht vveiß, noch kennet, vvelches Goettliche Theil neschamah, Prov. XX, 27. die Leuchte des HErrn genennet vvir d, vveil es Göttlichen Ursprungs ist, und dem Menschen des Lichts vvegen gegeben ist, auch allezeit leuchtet, vvenn es Luft hat. g) Hinc eundem hunc Spiritum, modo, das unsichtbare Wesen, so dem Menschen mitgetheilet ist: modo, den Geist, der uns von Gott gegeben ist, nominat. h)

At enim haec opinio non e porticu Salomonis, sed Stoa Zenonis, petita est. Hujus enim alumnis anima hominis dicitur  $\theta\epsilon\acute{\iota}\alpha \alpha\pi\acute{o}\mu\omicron\iota\epsilon\iota\alpha$ , i. e. portiuncula divina, καὶ Διὸς ἀποσπασμα. i) SENECA Stoicus, divini Spiritus partem, ac veluti scintillam quandam esse, pronuntiat. k). Et alio loco: Non est, inquit, ex terreno, & gravi, concreta corpore; ex illo coelesti spiritu descendit, (nempe mens nostra.) Idem MARCIONITAE olim, & PRISCILLIANISTAE, docebant, in quibus huac errorem Concilium Braccarense I. damna-

c) p. 45. d) p. 1. e) p. 239. f) In Post. p. 641. g) vom Gewvissenc. III. p. 28. h) im VVachstb. p. 714. 715. i) Vid. L. II. Marci Anton. & L. V. §. 27. k) de otio Sapientis,



damnavit. l) Rectius AVGVSTINVS: m) *Anima Dei non particula, sed creatura, non de illo, sed ab illo, facta est.* Deus enim est Spiritus, Jo. IV, 24. adeoque indivisibilis. Divideretur vero, si, multiplicatis animabus, subinde novae particulae ab eo quasi ressecarentur. Si Spiritus hominis idem est, qui Spiritus Dei, ut BRENDELIVS delirat, necessario erit omnipotens, omniscius, omnipraesens: & quia, fatente illo, *ratione sui*, nihil est discriminis inter Spiritum hominis impii, & pii, sed potius utriusque Spiritus est Spiritus Dei, sequetur, cum anima, seu Spiritu impii, Matth. X, 28. Spiritum quoque Dei damnandum esse. Increpet te Dominus, Satan!

§. III. De primo primi hominis statu sibi non adeo multa disputanda esse, QVAKERI opinantur. Itaque BARCLAJVS: *Curiosas, inquit, notiones illas, quas plerique docent, de statu ante lapsum, praetereo.* n) Quibus verbis utut nimiae curiositatis nostrates postularit, potiore tamen jure hujus suum ipsius socium, BRENDELIVM nempe, damnabit. Hic enim de tentatione Adami, antequam conderetur Eva, ita philosophatur: *Vermutblich ist, es werde mit der Versuchung Adams, noch vor Evens Erschaffung im Paradiese, eben so zugegangen seyn, da nemlich der erste Mensch 40. Tage, und 40. Nächte, des Göttlichen Einflusses, ohne irdische Speisen zu geniessen, vird theilhaftig worden seyn, vveil die überflüssige Gnade Gottes den Leib auch zu sättigen, und zu erhalten, vermögend seyn kan.* Damit aber Adam geprüft werden möchte, ob er immer von dem Worte Gottes essen, und in diesem seeligen Stande beharren vvolte, so wurde ihm die bissher genossene Gnade eine Zeitlang entzogen. o) Suspicio-

l) Vid. Goriol. in Concil. f. 485. m) Epist. 157. & L. III. de orig. animae c. 3. n) In Apol. 6. 4. n. 2. p. 54. o) In Post. Dom. Inv. p. 365. sq.



Suspiciones vocat BRENDÉLIVS, quaecunque de statu hominis paradisiaco delirat: Hoc ipso igitur fatetur, delirantis cerebri commenta, non Spiritus S. effata esse, quae modocunque proposuit. Nos vero sacris literis non solum non conformia, sed & contraria esse, putamus, quippe quae illud XL. dierum, & noctium, in paradiso jejunium, & gratiae divinae, loco cibi, ac potus, in hominem influxum, prorsus ignorant.

## DE PECCATO.

§. I. QVAKERI originem mali ab homine ipso derivant, primùmque adeo peccatum nunc in superbia, cum PENNIO, p) nunc in rebellione adversus Deum, vel inobedientia, cum AVCTORE *speculi cordis*, ponunt. q)

BRENDÉLIVS ipsos *Tremulos* delirando vincit, quando originem mali a subtractione gratiae Dei, derivat, primum vero peccati primi actum in desiderio more bestiarum congregiendi, ipsoque adeo concubitu, collocat. Hinc verbis modo allegatis, subjicit: *Adam vvrde die bisber genossene Gnade eine Zeitlang entzogen, daß der irrdische Hunger in ihm aufvvrachte, und ihn reizte, seines gleichen zu suchen, vveil er bey andern Tbieren vvrabgenommen, daß sich ein jedes zu seines gleichen hielt. Wie nun diese Begierde durch Satans List zur Hungers-Zeit in Adam eingeführet vvar, also vvrde sie auch in die aus ihm erschaffene Evam übergeleitet, und endlichen der klägliche Fall völlig bevrerckstelliget.* r)

Hae vero nugae ex veterum *Gnosticorum* sentinis, putidisque, *Helmontii*, *Is. Vossii*, *Beverlandi*, & *Observ. Hal.* scriptis, non limpidis *Scripturae* fontibus, sunt derivatae. Neque enim haec causam primi peccati a gratiae Dei subtractione,

p) in L. sine cruce nulla corona c. 7. n. 4. p. 150. q) p. 3. r) in Post. Dom. Invoc. p. 366.



*ctione, sed Diaboli seductione, & voluntaria hominis ad malum inclinatione, arcessit. Ad Scripturae vero, & matrimonii, contemptum vergunt, quae de bestiali coeundi desiderio ante lapsum nugatur BRENDELIVS, quum non a congressu maritali, sed manducatione vetiti pomi, abstinere Adamus debuerit. Et quis, nisi stolidus, persvaderi sibi patiatur, per famem naturalem, & appetitum edendi, in Adamo appetitum, more bestiarum, coeundi cum femina, excitatum, eundemque in Evam derivatum, lapsumque tandem consummatum fuisse. Conf. Disp. PRAESIDIS de primo primi hominis statu θ. IX. p. 42. sq.*

§. II. QVAKERI imaginem Dei usque adeo amissam esse statuunt, ut ne reliquias quidem illius, (sensu Ecclesiastico) in Adamo remansisse putent. Quo spectant AMESII verba: *Der Mensch ist gantz, und gar, gefallen, und nichts guts in dem Menschen, ebe Christus kommt.* s) Nec enim haec solummodo de viribus spiritualibus, sed etiam notitiis insitis, sunt intelligenda. Hinc BARCLAJVS inter effugia nostratum, quibus, in angustias redacti, uti soleant, refert, statuere, quod *quaedam reliquiae coelestis imaginis in Adamo relictæ sint.* t)

Consentit BRENDELIVS, & τὰς κοινὰς ἐννοίας, sive insita naturae principia simpliciter negat, & JOANNEM LOCKIVM, in tractatu suo, de intellectu, eadem negantem, mirifice collaudat: *Die Erfahrung vviederspricht, daß einiges principium, es sey theoreticum, oder practicum, denen Kindern, und Unverständigen, bekandt, oder dermassen*  
D
allge-

s) ap. Schelgvv. in Quack. P. I. Art. VI. p. 432. t) Vid. Apol. θ. IV. n. 2. p. 57.



allgemein sey, daß iedermann demselben Beyfall geben solte,  
 - - - sondern man vird hin und vieder bey denen Men-  
 schen contraria principia practica, und auch sehr unterschiedene  
 Gewissengevvabr, vvvelche doch, vvvenn die principia con-  
 nata vvären, alle überein seyn müssen. &c. u)

Scriptura vero, unicuique hominum restare quasdam no-  
 titias insitas, sive principia, cum *theoretica*, tum *practica*,  
 inprimis quoad Deum, resque divinas, omnino docet. A-  
 dam enim, etiam a lapsu, oculis per experientiam apertis,  
 intelligebat, quantis se immerisset malis, tangebatur con-  
 scientia peccati, & pudore, ob nuditatem corporis, metue-  
 bat idem Deum vindicem, ab ejusque se abscondebat facie.  
*Gen. III, 7. sq.* Gentes vero etiam nunc utut Legem, exter-  
 ne scilicet, ac solenniter, promulgatam, non habeant, sibi-  
 metipsis tamen Lex sunt, & ea, quae Legis sunt, faciunt,  
 quia nempe Legem quandam, cordibus inscriptam, habent,  
 cui prout vel obsequuntur, vel contraveniunt, ita cogita-  
 tiones eorum sese invicem vel arguunt, vel defendunt. *Rom.*  
*II, 14. 15.* Denique cum lumen quoddam per naturam omni-  
 bus hominibus inesse, eosque vel reprehendere, vel absol-  
 vere, BRENDelius ipse scribat, quo jure principia quae-  
 dam hinc *theoretica*, hinc *practica*, iisdem connata esse, ne-  
 gare poterit? Utut enim illa non eadem omnes promptitu-  
 dine, ac ratione, moribus ipsis, & praxi viva, exprimant,  
 & alia aliis per naturam innata esse, videantur, hoc tamen  
 nulla prorsus homini per naturam principia, vel *theoretica*,  
 vel *practica*, inesse, non magis evincit, quam ex eo, quod  
 multa, deliberato consilio, adversus Legem scriptam delin-  
 quunt, concludere fas est, nullum plane extare Decalogum.  
 Conf. Celeberr. D. LOESCH. *praenot. Theol.*

§. III.

u) L. vom Gewissen Cap. I. p. II. 12.



§. III. In locum imaginis divinae successit peccatum. Hoc QVAKERI vulgo definiunt, *quod contra lumen* (innatum nempe, vel Christum in nobis, ut supra monuimus,) *committitur.* In indice, Apologiae BARCLAJI adjecto, peccatum est, *quod non fit per virtutem Dei.*

Consentit BRENDLIUS, naturamque peccati ponit in eo, quidquid *adversus Spiritum*, (quem vero luminis Quakeriani *συνόνομον* esse, suo loco didicimus,) designatur: *So oft vvir kranck sind, inquit, so oft haben vvir uns unserer Sünden zu erinnern, und uns zu schämen.* Denn vvenn der Geist des Menschen, *der aus Gott ist*, (hem! lumen Quakerianum,) die Seele *beberrschete*, und in rechter Ordnung *behielte*, und die ordentlich gemachte Seele *beberrschete* den Leib, und *hielt alle seine Glieder in Ordnung*, so *vwürden vvir über keine (Sünde und) Kranckheit zu klagen haben.* x)

Rectius nos instituit Scriptura, cum dicit: *ἡ ἀμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία*, 1. Jo. III, 4. cui descriptioni e Tremulis FOXVS ipse y) applaudit.

§. IV. Peccatum in *originale*, & *actuale*, dividitur. QVAKERI vero, eorundemque Princeps, BARCLAJVS, ipsum etiam nomen *peccati originis* averfatur, illudque, alio licet barbarismo, *Inscripturalem Barbarismum* vocat. z) CATON impudenter satis: *Zeige mir, inquit, vvo die Schrifft spricht von der Erb-Sünde.* a) Hinc BARCLAJVS non solum in *Catechismo*, & *Confessione*, quae Catechismo annexa est, sicco, quod ajunt, pede, totam hanc materiam praeterit; sed etiam in *Apologia* claris, & evidentibus, verbis, a doctrina Ecclesiarum nostrarum deflectit. Nam in *indice* Apo-

D 2

logiae

x) in Post. p. 1238. y) in lib. pro pusion. p. 36. z) θ. IV. in fine p. 62. a) In *Vertb. der Unsch.* p. 1. 6.



logiæ b) scribit: *Semen peccati ab Adamo ad omnes homines transmittitur, sed nemini, nec infantibus, imputatur, nisi actualiter ei peccando sese jungant.* Id nimirum insinuat, nullum peccatum, proprie sic dictum, ab Adamo in posteros propagari; sed tantummodo semen quoddam peccati, consistens in impotentia bene agendi, & dispositione ad male agendum. Quod quidem in *Apol. ad th. IV. n. 1. p. 54.* apertius prodit, ubi conceptis verbis negat, quod homo, antequam peccatum ullum actuale perpetret, reatui, & crimini, sit obnoxius.

Consentit BRENDÉLIUS, qui, explanaturus pericopen Evangelicam in *F. Trinit. ex Jo. III, 1. sq.* regenerationis quidem necessitatem agnoscit, verba vero, quibus ea maxime omnium fuerat probanda, nimirum: *quicquid ex carne natum est, caro est;* de industria praeterit, tantum, ne inhaesionem peccati originis in homine statuere cogatur. Idem praeter *impotentiam ad bene agendum, vel impeditionem virtutis Dei in homine,* nullum alium peccaminosum habitum in eodem videtur agnoscere. Unde adeo peccatum negat, aliud quicquam esse, *als eine Lähmung, und Hemmung, aller guten Kräfte, sowohl des Leibes, als der Seelen.* c)

Scriptura vero etiam vitioso quodam, eoque mire actuofo, habitu, naturam hominis laborare, innuit, quum docet, quod omnis cogitatio cordis humani, & omne ejus figmentum, tantum pronum sit ad malum, ab adolescentia, omni tempore, *Gen. VI, 5.* non alia de causa, quam quia singuli cum  *Davide* fateri necesse habent: *Ecce, in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Ps. LI, 7.* Hinc natura sumus filii irae, *Eph. II, 3.* & rei poenae, quia omnes natura sumus obnoxii culpa. *Quicquid enim ex carne natum est, caro est. Jo. III, 5.* §. V.

b) sub tit. peccati. c) in Post. p. 1237.



§. V. Uti ergo TREMVLI peccatum *Originale* negant, sic aliud peccatum, quam *actuale*, non admittunt. Clare BARCLAIVS: Nihil Adae peccati hominibus imputamus, donec suum faciant talibus inobedientiae actibus. d.) Qua de causa hominum peccatorum numero eximit infantes, priusquam se actualiter Adamo peccanti junxerint. e)

Consentit BRENDLIVS, qui posteris Adami, hujus peccatum usque adeo imputari negat, ut etiam peccatum omne non in *habitu*, sed in *actu*, ponat. Hinc scribit: *Dem HErrn ist's gar leicht, Sünde zu vergeben, und NB. zu tilgen, denn sie ist eigentlieb kein VVesen, (negare vult, peccatum esse aliquid positivum & habituale, cum alioqui habitus sit difficulter mobilis) sondern nur etvvas NB. gevvürcktes nach dem VVillen des Menschen: Darum so läst nur Gott einen jedvveden sein VVerck finden, nach seinem VVege, d. i. nach seiner Absicht.* f)

Scriptura vero non solum peccata *actualia*, sed & *originale*, hominibus tribuit, quod modo demonstravimus.

§. VI. QVAKERI peccatum quidem Originis & inesse homini, & ad mortem aeternam imputari posse, simpliciter negant. g) Interim dari *actiones* hominum *peccaminosas* minime diffitentur, quarum tamen originem, a cordibus hominum unice derivant. Audiamus BARCLAIVM: *Confitemur, inquit, semen peccati ab Adamo ad omnes homines transmitti, (licet nemini imputatum, donec peccando sese illi actualiter jungat,) in quo semine omnibus occasionem*

D 3

pec-

d) Vid. Apol. θ. 4. n. 2. p. 55. e) l. c. m. 5. p. 62. f) Vid. Post. p. 883. g) Vid. Hartkn. H. E. Prut. L. III. c. II. o. 2. p. 852. Add. Barclajus in Apol. θ. 4. n. 4. p. 59.



peccandi praebuit, & origo omnium malarum actionum, & cogitationum in cordibus hominum est. h)

BRENDELIVS usque adeo a TREMVLIIS non dissentit, ut etiam errorem multo atrociozem committat, docendo, actiones hominum omnes in se, suaque natura, esse indifferentes: bonas autem, malasve fieri, prout cor hominis affectum, & intentio ejus vel bona, vel mala, fuerit. Alle Wercke, inquit, die unter der Sonnen geschehen, vvas nur die Menschen thun, die sind an-und vor sich selbst, und in den Augen GOTTes indifferent: Sie sind an-und vor sich selbst, weder gut, noch böse, sondern sie sind natürlich. - - - aber sie werden gut oder böse, nachdem der Mensch die intention hat. - - - Ist die Absicht gut, so vviird das VVerck gut, ist der VVille nicht gut, so ist das VVerck böse. i) Et clarius, alibi: Alle äußerliche actiones, sie mögen Nahmen haben vvie sie vvollen, sind eitel und indifferent. Sie haben an sich selbst kein VVesen, sondern dependiren von dem der sie thut - - - Ist das Hertz eines Menschen gut, so sind auch seine actiones gut, vvenn sie noch so schlim scheinen, und noch übler beurtheilet werden. Ist aber das Hertz böse, so sind auch die actiones böß, vvenn sie noch so gut scheinen, und noch so hoch gepriesen werden. k)

Cui quidem execrabili, nec dum inter Christianos audito, errori Scriptura undiquaque reclamatur. Si enim omnis actionum vel bonitas, vel malitas non ab illarum cum regula sua conformitate, vel difformitate, externe saltem dependet, recte 1) dixerint impii: Agite! faciamus mala, ut inde eveniant bona! quorum tamen damnationem justam esse, Paulus pronuntiat. Rom. III, 8. Sequeretur 2) Deum non frustra

h) Barcl. l.c. θ.V. p. 62. Foxus in L. propusion. p. 38. i) Vid. Post, p. 883. sq. k) vom Gewissen. p. 14.



frustra coli praeceptis hominum, cum hi, procul dubio, in praecipiendo bonam intentionem habuerint, contra *Matth. XV. 9.* Nec 3) ulla poterit ἐθελοθρησκεία damnari, cum ejus auctores nunquam non hunc, illumve, cultum, bona intentione excogitent. Sed nec 4) externis *Legibus* opus erit, cum in agendo, & judicando, ad suam quisque *intentionem* remitti possit. Ipsae vero 5) cogitationes hominis se mutuo accusabunt, vel etiam defendent, non prout actiones ejus cum *Lege Dei* convenire, vel non convenire, conscientia dicit, quod Apostolus affirmat, *Rom. II, 13.* sed prout in agendo bonam, vel malam, intentionem, se habuisse, meminit. Nemo denique 6) sceleratus poterit criminis alicujus convinci, cum etiam fures, adulteri, homicidae, factis suis bonam intentionem praetexere queant. Usque adeo, ubi *pietatem* nobis solidam eripuerint Pietistae, ipsam etiam *bonestatem*, nobis alioqui cum gentilibus communem, ni DEVS prohibeat, sunt erepturi. Conf. B. D. NEVMANNI *Disp. de bona intentione.*

## DE REGENERATIONE.

§. I. QVAKERI unicuique homini mensuram aliquam salutiferi luminis, cujus beneficio regenerari, atque converti, possit, relinquunt. Ita enim BARCLAJVS: Salutiferum hoc lumen, vel saltem quaedam ejus mensura, omnibus data est. 1) Quod lumen, quia non *illatum*, sed *innatum* esse, omnes perhibent, non possunt non homini vires, ad sui conversionem, & emendationem, per naturam sufficientes, relinquere.

Consentit, pro more, BRENDELIVS, cum scribit: Natur, und Gnade, sind einander nicht zueinander, sondern vielmehr subordiniret. - - - Denn durch die Natur kan man

1) *θ. V. & VI. n. 22, p. 101.*



man gar vwohl zur Gnade kommen. Je mehr man Treue spübren läßt in der Natur, ie mehr macht man sich geschickt, der Göttlichen Gnade theilbafftig zu vwerden: Denn die Natur gibt mit solchen Dingen um, die uns schon von oben gegeben sind: Die Gnade aber giebt uns neue Mittel, und neue Verbeiffung. Wer nun mit dem ersten recht umgebet, der v wird über viel gesetzt, denn er ist in vwenigen getreu. m) Et alio loco: Der Schatz-Kasten Gottes ist die Natur, und ieder Mensch selbst. - - - denn in der kleinen Welt liegt Natur, und Gnade, verborgen, und verschlossen, - - - wie das Feuer in Stein, und Stahl, verborgen ist, also hat der Mensch das Gesetz, und Wort, den Geist, Christum, das Reich Gottes alles in sich, aber versperret. - - Es v wird aber aufgeschloffen durch des Geistes Gebet. Wer nun diesen Schlüssel hat, und ihn recht brauchen kan, den Kasten aufzuschlüffen, und das Gute in sich zu ervvecken, der v wird empfinden, daß das Gesetze lebendig v wird, daß das Wort Gottes sich offenbahret, und der Geist Gottes mit seinem Lichte den Menschen erleuchtet, Christus in uns eine Gestalt gevvinne, und das Reich Gottes invvendig aufgerichtet v wird. &c.

n) Adde verba Dom. I. Adventus: Am Vermoegen fehlt dir gar nicht, sondern an VVollen. &c. o)

Quae omnia, si ad Scripturam S. examinentur, sunt falsa. Tantum enim abest, naturam *subordinatam* esse gratiae, nosque per naturam aspirare posse ad gratiam, ut prudentia carnis *inimicitia* sit adversus Deum, Rom. VIII. 7. Caro autem & Spiritus, quorum alterum naturae, alterum gratiae est, sibi mutuo contrariantur, Gal. V, 6. Hominem in administrandis naturae dotibus fidelem praeparare se posse ad gratiam, error est, pridem in Pelagio, & Synergistis, damnatus.

m) in Post. p. 179. n) ib. p. 665. o) p. 19.



tus. Nec enim primo hujusmodi datur *fidelis*, cum omnes declinaverint, omnes sint inutiles facti, non sit, qui faciat bonum, *ne unus quidem*, Rom. III, 10. 11. Et, si maxime daretur, num quid hoc ipso sibi lucraturus esset gratiae? Imo, si omnia fecerimus, dicendum est, servi inutiles, qui nihil meruerunt, sumus, Luc. XVII, 10. Itaque per illum, qui in paucis fuerit fidelis, non intelligi debet, qui naturae dotes ad observandam gratiam adhibuerit: sed qui *χαρισματα* Spiritus S. in regno gratiae, velut talentum quoddam, bene collocarit. Hic ingreditur ad gaudium Heri sui in regno gloriae. Etenim inter *honestatem naturalem*, quantumvis maximam, & inter *bona spiritualia*, seu gratiam, nulla datur proportio. Naturam occupari circa res superne, & a Deo nobis datas, eatenus est verum, quatenus id, circa quod occupatur natura, originem debet Deo: Neque tamen omnia, quae a Deo dependent, gratiam nobis vel offerunt, vel conferunt, vel obsignant. Sola gratia recuperandae salutis subsidia nobis suppeditat, non natura. Quapropter, quae de *conditorio gratiae in singulis hominibus* nugatur, fanaticum est. Si enim jamjam thesaurum aliquem scientiae, sanctitatis, & gratiae, totumque adeo regnum DEI intra se ipsum possidet, nec quicquam aliud restat, quam ut *conditorium recludatur*, in eoque repositi thesauri expromantur, quid opus fuit, peculiarem, eamque scriptam, revelationem, proponere, & Evangelium de gratia Dei in Christo Jesu, tantis cum molestiis, laboribusque, annuntiari curare per alios, cum homines ad semetipsos, occultosque in sese thesauros, vel ab aliis *remitti*, vel ipsi *recurrere*, potuissent. Poterant enim & Christo *externo*, & Christi *externi annunciatione* carere, siquidem cum Christo interno, & beata illa divinitatis particula, Legem, & Evan-



Evangelium, totumque adeo Dei regnum per naturam, in semetipsis habent. At vero regnum DEI intra nos non per *naturalem ingenerationem*, sed *externam inter nos praedicationem*, & annunciationem, inesse dicitur: alioqui homo natura sua nudus, pauper, & inops, mortuus in peccatis, denique omni gloria, quam habere debebat apud Deum, destitutus dicitur in Scripturis, quod ipsum cum jactatis illis naturae humanae divitiis conciliari non potest.

§. II. QVAKERI vocationem ad gratiam absolute *universalem* statuunt, nec aliter possunt, quum eandem fieri arbitrentur, per *lumen internum*, quod ipsum singulis hominibus connatum esse existimant. Interim hoc beneficium ad humanum genus restringunt, quod patet e SHEVVENII verbis: *Gottes Beruffung ist zu allen Menschen, wo die auch seyn mögen, um Busse zu thun, und es ist eine Möglichkeit dar, daß alle Menschen mögen seine Stimme hören, und Busse thun, und mögen seiner allgemeinen Liebe theilhaftig, und durch seine Gnade seelig werden, welche ist erschienen, und hat durch die Offenbarung, welche er gegeben hat, Nutz geschaffet.* p)

BRENDELIVS non solum vocationem ex eodem principio derivat, sed ad *omnes* etiam *promiscue creaturas*, rationales, & irracionales, animatas & inanimatas, extendit. Ita enim delirat: *Predigt das Evangelium allen Creaturen! Hierdurch wollen einige nur die vernünftigen Menschen verstehen, weil diese die Predigt alleine hören, und verstehen können. Gleichwie sich aber der Fluch über die gantze Welt erstreckt hat; also muß auch der Segen der gantzen Natur, und Creatur, zu gute kommen: Ob demnach gleich die wenigsten Menschen wissen, was das beisse: der Creatur das*  
Evan-

p) de vera Christ. fide & Exper. c. X. p. 116.



*Evangelium predigen, und vvorzu es ihr geprediget vwerden könne, - - so kans doch zum vvenigsten diesen Verstand haben, daß sie predigen sollten dasjenige Evangelium, daß allen Creaturen zu gute kommen soll, vveil ja die gantze Welt sich des Seegens von Jesu zu erfreuen haben soll, vvesvvegen sich auch die Creatur sehnet nach der Freyheit der Kinder Gottes, und mit Verlangend drauf vbartet. Rom. VIII, 20. sq. \*)*

Nimirum, quia maledictio, lapsum hominis insecuta, totum mundum pervasit: ergo benedictio quoque, per Christum parta, ad totum mundum debuit redundare. Ubi vero de his nugis legitur in Scripturis? Tellurem, ob hominis lapsum, maledictioni subjectam fuisse, hoc legitur: totum mundum, non legitur. Et, quid, quaeso, detrimenti ad stellas, & sidera, per lapsum primi hominis, redundavit? Parciusne jam lucent, quam antea? Neque vero benedictio, quam Christo debemus, utut amplissime pateat, ad totum hoc universum, omnesque in illo creaturas, extendi debet, cum a Deo ipso restringatur ad gentes. *In te*, inquit, *benedicentur* omnes gentes, non totus mundus, si capiatur pro *universo*, sed *omnes gentes*. Ipsa quoque praxis Apostolorum contraria docet, eos ne per somnium quidem, verba Christi eam in sententiam, quam affert BRENDELIVS, accepisse. Et cum a semetipso rationem, modumque, annuntiationis, explicari non posse, fateatur, quantus, prohi Deum! stupor est, illud quidem tanquam certam, liquidamque, veritatem, proponere, cujus tamen rationem, ac indolem, nos ignorare, inviti licet, cogimur? De loco *Rom. VIII, 20.* conf. B. ITTIGIVS, aliique.

§. III. QVAKERI, quod jam suo loco monuimus, *Illuminationem* omnem non ex Verbo Dei externo, sed lumine,

\*) in Post. p. 676.



mine, quod somniant, & Spiritu, verboque interno, derivant. AUCTOR speculi cordis: Die Seele, inquit, wird von GOTT erleuchtet, und feurig, von dem innerlichen Lichte, und Worte der Erkenntniß GOTTes. q) Et alio loco: Siehe allezeit mit dem Auge deines Gemüths auf das Licht Christi in deinem Gewissen. &c. Solches, wo du ihm in Gelassenheit deiner selbst, getreue Folge leistest, wird deine Finsterniß in Licht transm. tiren, also, daß du, der du von Natur ein Kind der Finsterniß bist, zu einer neuen Creatur, und Kind des Lichtes Jesu Christi von oben herab wirst wiedergeboren werden. r) Addantur huic WILLEM SMITH in appendice ad N. I. lac pro infantibus, s) aliique.

Consentit BRENDelius, quum scitibit: Das Licht der Welt, das kommen war, die Menschen zu erleuchten, das wohnte nun in ihren Herten, und durch dieses Licht erlangten sie die Erkenntniß der Heiligen Schrift, daß sie dieselbe verstunden. t) Et clarius: Die himmlische Weißheit ertheilet einen guten Rath, wie man von dieser Finsterniß befreyet, und erleuchtet werden kan: Man muß nehmlich auf was unsichtbares hoffen, und der Geist, der uns von GOTT allbereit gegeben ist, muß immer mehr in uns erwecket, gestärcket, und vermehret werden, und auf dessen Worte, und Regungen, muß man inwendig hören, und merken. Et mox: Das unsichtbare Wesen, das dem Menschen mitgetheilet ist, NB. muß sie inwendig lehren, und erinnern, reitzen, und treiben, wenn sie etwas Geistliches verstehen, und begreifen lernen sollen. - - - Denn, wenn wir nur unsern Geist, der uns von GOTT gegeben ist, erkennen lernen, so können wir des Heiligen Geistes, und

q) p. 152. r) ib. p. 208. s) p. 20. t) in Post. p. 561.



und seiner Krafft, gar leichtlich theilhaftig vverden, - - -  
und zum Genuß des vvhahren Lichts kommen. u)

Dissentit vero Scriptura, quae omnem Dei, rerumque divinarum, cognitionem, non a lumine, Spiritu, aut verbo *interno*, quod utique nescit, sed de *externo*, verbo scilicet scripto, perpetuo arcessit. Ad Legem, & testimonium, nisi hoc dixerint, non erit iis matutina lux, ait Dominus. *Jes. VIII, 20.* Hinc *David*: Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine, & lumen semitis meis. *Pf. CXIX.* Habemus enim sermonem propheticum, omni, etiam oculari, cognitione, & extraordinaria revelatione, firmiorem, cui recte facimus attendentes, tanquam lucernae, in loco caliginoso lucenti, usquedum dies illucescat, & phosphorus oriatur in cordibus nostris. *2. Petr. I, 19. 20. 21.* Ab hoc omnis petenda, & expectanda, illuminatio est, non a Spiritu, aut verbo interno, quod lumen fictum est, & Scripturae ignotum. Naturae enim hominis, in respectu ad obtinendam salutarem cognitionem, tantum abest, ut Scriptura vel tantillum luminis relinquat, ut etiam hominem, quantus, quantus est, *σκότος*, & caliginem, esse, rotunde pronuntiet. *Epb. II, 8.*

§. IV. *QUAKERI* & *Conversionem Illuminationi* praeponunt, & voluntatem ante domari, ac subigi, quam intellectum illuminari, oportere, contendunt. *VVILLEM SMITH.* l. c. *Quando, inquit, animus vester conversus est ad lumen Jesu Christi, in vestra conscientia, incipitisque vosmetipsos ei dedere, ac testimonio ejus obsequi, tunc sanctum concipitur in lumine, & per operationem vivificatur.* x)  
Et *PENNINHGTON*: Generatio Spiritus perficitur, qua-

E 3

tenus

u) *Ib.* p. 714. & 715. x) In *App. ad I. N. Lac pro inf.* p. 20.



*tenus nimirum natura, NB. voluntas, & intellectus, creaturae per virtutem Spiritus excitatur, & novum quid producitur. &c. y)*

Adstipulatur BRENDÉLIVS, verbisque conceptis docet: *So lange das Hertz nicht bekebret ist, so lang ist der Verstand verfinstert. Es steigen da immer böse Dünste auf, vvelche das verliebene Licht nicht zum Schein lassen. &c.*

*z) Thörichte Gedancken rühren von dem thörichten Willen her. a) Item: Ein böses Hertz kan nichts sehen, noch begreifen. - - Denn vvo Unachtsamkeit, vvo Bosheit, vvo Fürwitz, im Hertzen ist, da muß auch das Auge des Verstandes geblendt vverden. b) Et alio loco: Ist das Hertz geändert, und erleuchtet, so hats keine Noth mit unsern Augen. - - Des Villens Cur muß zuvörderst fürgenommen vverden, vvenn die Augen vwohl curiret vverden sollen. c) Quorsum & illud spectat, quod omnem hominis corruptionem non in mente, ac intellectu, sed voluntate, & appetitu, initium sumpsisse, scribit.*

*Nescit vero hunc ordinem Scriptura, quae illuminationem & conversioni, & justificationi, manifeste praepo- nit. Act. XXVI, 17. 18. Eademque alibi ab illuminatione, tanquam primo gratiae applicatricis actu, hominis emendationem orditur. Jo. I, 4. 5. 7. Quia nempe notitia praerequiritur, antequam mala fugere, & bona operari, queamus. Jo. XV, 22. Eundem quoque ordinem B. LUTHERVS in declaratione Artic. III. Symboli Apostolici non obscure insinuat. Denique, si quis converti, ac corrigi, qua voluntatem, debet, antequam fuerit illuminatus in mente, sequetur,*

*y) In Via Vitae & Mortis p. 28. z) In Post. p. 714. a) ib. p. 334. b) In Post. p. 402. c) p. 328.*



sequetur, hominem vel sine lumine, vel mediante naturae lumine, converti, ac corrigi, quorum illud fanaticum est, hoc Pelagianum. Minime vero illuminationem intellectus a conversione, vel emendatione, cordis, suspendendam esse, hinc patet, quod aliud est nosse, aliud facere, *Matth. XXIII, 4.* & saepe occurrunt servi, qui voluntatem heri norunt quidem, nec tamen faciunt. *Luc. XVII, 17.*

§. V. Totam *Regenerationem* QVAKERI describunt per reviviscentiam Spiritus interni, resuscitationem particulae divinitatis, per nativitatem Dei, & Christi in nobis. Itaque AVCTOR *des Hertzens-Spiegels*: GOTT, inquit, *vird in der Seele geboren, und vürcket eine neue Creatur durch den Heiligen Geist.* e) Et antea: GOTT *vird allezeit geboren im innersten Grunde der Seelen. In dieser Geburt geußt sich GOTT in die Seele mit seinem Licht, das da ist sein ewiges, und allmächtiges Wort, sc. verbum internum, Christus in nobis.* f)

Consentit BRENDELIVS, & scribit: *Paulus vvolte nicht nachlassen, an den Galatern zu arbeiten, biß Christus eine Gestalt in ihnen gewinne, d. i. biß das Göttliche Ebenbild in ihm vviederbracht sey. Die μορφή, oder die Gestalt Christi, vvelche sich in den Gläubigen findet, ist kein gemahltes Bild, - - - sondern eine forma informans, die Leben, und Wesen, giebt: Wie die Seele den Leib belebet, so muß die Gestalt Christi die Seele beleben: Sie ist nichts anders, als ein geistliches Leben, nehmlich das Leben, das verborgen ist mit Christo in GOTT. Coloss. II, 3. Quibus verbis ut Christum illum Fanaticorum in nobis,*  
&

e) p. 152. f) p. 15.



& Spiritum, animae, corporique, contradistinctum, notat; ita mox hanc in sententiam pergat: *Die Menschverdung Christi kan uns nicht zu gute kommen, vvofern er nicht auch in uns eine Gestalt gewinnet, und vvir seiner Gestalt, seines Fleisches, und Blutes, theilbafftig vverden, (hem! Christi in nobis productionem, & generationem,) vwie er unser Gestalt theilbafftig vworden ist. g)* Quae hic de Christo in nobis, haec alibi de Spiritu interno pronuntiat: *Der alte Mensch, inquit, muß in seinen Lüsten, und Begierden, durch vvahe Sinnes-Aenderung, in der Busse, gleichsam zu Wasser vverden, daß der Geist Gottes, der da sonsten vwie NB. gefangen, und verschlossen gewesen, und seine Herrschafft nicht haben können, auf diesem Wasser schwiebe, und eine neue Creatur draus vverde. h)* Omnem ergo Regenerationem in eo ponit, quod Christus denuo in nobis incarnatur, vel generatur, Spiritus autem emergit, & ad dominium aspirat.

Saniora docet Scriptura, quae, ut Spiritum, lumen, verbum internum, ac Christum in nobis fanaticorum; ita & illius regenerationem, vel emersionem, nescit, verae autem regenerationis naturam in fidei collatione, ac in generatione ponit. Omnes enim sumus filii Dei per fidem in Christum Jesum, *Gal. III, 26.* nati scilicet non ex corruptibili, sed incorruptibili semine, vivo nempe DEI verbo, quod manet in aeternum. *1. Pet. I, 23.* Quotquot igitur eum vel cognoscendo, in mente, vel confidendo, in voluntate, recipiunt, iis potestatem dat, filios Dei fieri, qui non e sanguinibus, nec ex voluntate carnis, aut viri, sed ex Deo nati sunt. *Jo. I, 9.*

g) p. 407. h) p. 770. sq.

Coll. diss. A 234, misc 40